UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 23. Scrutinia septem fuisse: & quod quodque die celebraretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64585

Visual Library

Laici de rebus Eccleſiaſticis ſententiam ferebant.

tati non obfuere, etiam iura baptizandi [illegible] gendi nihil de re Eccleſiaſtica detrahere, [illegible] minuere potuerunt. Itaque afferunt ten[illegible] ſimam: quæ cum res tota inanis ſit, & vana [illegible] ne efficitur quidem, quod volunt. nam e[illegible] ſuperiorum temporum conditio, cum [illegible] dum Eccleſia altiſſimas radices egiſſet, [illegible] laici cum clericis res Eccleſiaſticas cogno[illegible] rent, ſiue quia clerus, ob ſui paucitatem, [illegible] corum conſilio egebat: ſiue quia laici cleri[illegible] rum mores, & vitæ ſanctimoniam in[illegible] rant.

Scrutinia ſeptem fuiſſe, & quo quodque [illegible] celebraretur.

CAP. XXIII.

Scrutinia erant ſeptẽ.

QVod ad numerum ſpectat, ſcrutinia [illegible] tem fuere. cuius rei multa habemus [illegible] que grauiſsima teſtimonia, Ordinis Roma[illegible] in primis, cuius hæc ſunt verba ex lib. de [illegible] Miſſ. *ita tamen agendum eſt, vt à primo ſcrutin[illegible] quod incipit tertia hebdomada in Quadrageſima [illegible] que in ſabbatum ſanctum in vigilia Paſchæ, ſeptem ſcrutinia eſſe debeant, ſecundum formam ſeptem[illegible] norum ſpiritus ſancti.* Atque huc ſpectat illa A[illegible] bini Flacci authoritas lib. de Diuin. Offic. ca[illegible] 19. de ſabb. S. Paſch. cum ſcrutiniorum nume[illegible] rum perſequens, ait: *neque hoc omittendum [illegible] quod Romani infra Quadrageſimam ſex ſcrutinia celebrant, & hodie ſeptimum, in iſto ſeptenario [illegible]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

colliguntur dona ſpiritus Sancti in Baptiſmate data. Sed, vt omittantur veterum teſtimonia, ad ea, quæ hoc non minus declarant, ſed videntur recentiora, veniamus. Etenim Rupertus Abbas lib. 4. de Diuin. offic. cap. 20. hæc ſcribit: *Sciendum autem, hoc non ſolum agi antiqui moris fuiſſe ſcrutinium, ſed omnium fuiſſe præcipuum, nam iuxta Ordinem Romanum vſque in ſabbatum Sanctum in vigilia Paſchæ, ſeptem agebantur ſcrutinia, vt, dum ſeptennario numero implerentur catechumeni, daretur illis gratia ſeptiformis Spiritus ſancti.* Ex quibus, & talibus locis exquiſitis duo maxime colliguntur, quæ preſens caput attingunt ſcrutiniorum numerũ ſeptem Spiritus ſancti chariſmata, quæ in baptiſmate percipiũtur innuiſſe, & in quadraginta dierum ſolennitate ieiuniis, & abſtinentiæ dicata, ſcrutinia celebrari ſolita eſſe. quorum primum ita manifeſtè patet, vt longiori oratione non egeat. de ſecundo autem paulo diligentius inquiram, quia dilucidiorem explicationem deſiderat. Vt enim certiſsimum ſit ipſa ſcrutinia maximi ieiunij tempore inita fuiſſe: adhuc tamen reſtat quærendum, quibus diebus eadem iniri conſueuerint. De quibus quia alio tempore alia fiebant hoc ex probatis authoribus certi habeo: primũ quarto die hebdomadæ tertiæ, ſecundum ſabbato eiuſdem hebdomadæ tertium quarto ſequentis, & ſeptimum, eo, qui inter Chriſtum patientem, & rediuiuum interiectus eſt, communi Eccleſiæ conſuetudine facta fuiſſe. reliqua, quartum, quintũ, & ſextum nullũ tempus certũ, ſed varium Epiſcopi arbitratu habuerũt.

Scrutinia cur eſſent ſeptem

Scrutinia celebrabantur in Quadrageſima.

Scrutinia ſingula quibus diebus celebrarentur.

a de Offic. Miſſ.

Primum ex Ordine Romano ſatis probatur his verbis: [a] *ita tamen agendum eſt, vt a primo ſcrutinio, quod incipit tertia hebdomada in quadrageſima, vſque in ſabbatum Sanctum in vigilia Paſchæ, ſeptem ſcrutinia eſſe debeant*, & ex Ruperto Abbate lib. 4. de diuin. Offic. cap. 18. vbi habet: *quarta feria noua Eccleſiæ celebrantur initia, quæ appellantur ſcrutinia.* harum enim authoritatum altera tertiam hebdomadam, altera vero quartum diem nobis inſinuat; quę, ſi ſimul coniugantur, diem quartũ hebdomadæ tertię aperte conſtituunt. Iiſdem authoribus etiam ſecundum probari poteſt. nam Ordo, poſtquam primum ſcrutinium abſoluit, inquit: *finitis vero Miſſarum ſolennijs, omnes communicant, præter ipſos infantes. deinde annunciat presbyter, vt in ipſa hebdomada reuertantur ad ſcrutinium, dicendo: die ſabbati veniente, collígite vos ad Eccleſiam illam vel illam.* Rupertus vero eiuſdem libri cap. 20. in hunc modum edifferit: *feria quarta,* (hoc eſt hebdomadæ tertiæ *finitis Miſſarum ſolennijs annunciabat presbyter, vt in ipſa hebdomada reuerterentur ad ſcrutinium, ita dicendo: die ſabbati veniente colligite vos temporius ad Eccleſiam illam, vel illam, donec ſeptem, vt dictum eſt, ſcrutinia complerentur.* De tertio autem plura Patrũ teſtimonia exiſtunt; ſed illud Bernonis Augienſis omnium clariſsimũ eſſe reor, l. 1. de Eccl. Off c. 8. dicentis: *ſecunda varietas in quarta hebdomada Quadrageſ. in 4. feria, memorata quarta feria apud cultores Eccleſiæ, in apertione auriũ dicitur, quod maximũ eſt inter ſeptẽ ſcrutinia.* Quid ſingulari vir doctrina Rupert. Abb. & lectione incredibili, ipſe nec erat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

an alios vult errare? cum ſcribit: [a] *idcirco quarta feria potius, quam quinta, vel ſexta maximum ſcrutinium celebratur, vt ieiunantes, & vaſa ſua ſuſcipienda gratiæ præparantes, quindecim dies ieiunij, vſque ad diem, quo Dominus eſt crucifixus, habeant.* Idem vero etiam mox infra ſubdit: *igitur, dum quarta feria ſcrutinia celebrantur, & ſequentes quindecim dies ieiunij, atque doctrinæ fidei expenduntur, nunc Eccleſia pulchra, vt Luna, ad plenitudinem proficiat.* Adiungamus his doctiſſimum hominem, ſcriptorem quidem eruditum Hugonem à S. Victore, qui lib. de ſpecialib. Miſſar. obſeruation. cap. 15. ait: *in quarta feria quarta hebdomada Quadrageſimæ ſolenne ſcrutinium celebratur, quod eſt iter ad baptiſmum.* & paulo poſt: *meminerim quarta feria quartæ hebdomadæ celebratur ſcrutinium, & de fide, & moribus inſtruuntur baptizandi in ſabbato Sancto Paſchæ, quia & quarta ætas hominis laboribus apta eſt.* Atque hic obiter duo animaduertenda ſunt, ſcrutinium hoc tertium, ſolenne, & maximum à Patribus paſſim appellatum fuiſſe; videlicet quia maiori diligentia, & ſtudio, quam cætera omnia fieri ſolebat; & ideo quarto die hebdomadæ quartæ celebrari conſueuiſſe; quod illi cum quarta hominis ætate, quæ iuuentus eſt, ad labores ſubeundos, ac difficultates opportuna, maxima affinitas, & ſimilitudo intercedat; vt nimirum ea ratione, qui baptiſmali charactere inſigniendi erant, de omnibus periculis in poſterum Chriſti cauſa ſtrenuè adeundis & ſanguine ipſo, in eius nominis confeſſionem, cum laude effundendo, in ſcrutiniis admonerētur.

[a] Lib. 4 de Diuin. Offic. cap. 19.

Scrutinium tertium ſolenne, & maximum cur appellaretur.

Scrutinium tertium cur celebraretur fer. 4. hebdom. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sed præter hanc rationem, quæ ex veterum
Patrum teſtimoniis elicitur, aliæ quoque pro-
babiles multæ afferri poſſunt, ex Iudæis enim,
qui veri numinis cognitionem hauſerant, ter-
tia tribus excellentiori ratione Domini obſe-
quio eſt mancipata. Sic reliquis ſcrutiniis, in
quibus baptizandi fide, & moribus informa-
bantur, par fuit tertium diligentia, & digni-
te anteire. in quarta vero feria præſtans, ac di-
naque natura ſtellarum globos effecit, & prin-
cipi, ac moderatori luminum reliquorum Lu-
næq; coniunxit; vt propterea expedire vi-
ſit, eodem die fideles ſpiritualiter concipi, &
Christo, qui ſol eſt, Eccleſięque Lunæ ſpeciem
referenti, fidei, ſpeique vinculo copulari, &
quemadmodum die quarto noſtræ redemptio-
nis initium eſt factum; quando præceptor, &
dominus à temerario diſcipulo proditus eſt,
durisſimis peccati, & diaboli vinculis obie-
cto humano generi, & teterrimo Infernorum
dominatu oppreſſo lucem & libertatem, ſalu-
temque afferret; ſic eodem ad redemptionis
fructum præcipuè parari, æquũ fuit. Hæc cum
ſcripſiſſem, animaduerti, Gulielmum Duran-
tum eadem ſcribere in ration. Diuin Offic. li.
de fer. 4. hebd. 4. Quadrag. & gauiſus quidem
ſum, in rationibus, quæ ad verum ipſum ali-
quam proximè accedunt, excogitandis mihi
cum viro erudito conueniſſe. Sed alias tamen
rationes, quæ ingenioſè ab eo cõſcriptæ ſunt,
& mihi cogitanti in mentem venere, libentiſ-
ſimè omitto; ne ea, quæ ipſi peperimus, aliun-
de didiciſſe videamur. Itaque ad quarti proba-

Tertia Iudæorum tribus Deo mancipata.

Cur ſcrutinium tertium cæteris ſolennius eſſet.

Scrutinium tertiũ quare fe. 4. heb quadrag. celebraretur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem accedam ; quæ eo facilior mihi videtur, quo plura teſtimonia veterum ſcriptorum afferri poſſunt. non ſolum enim Ordo Romanus id aſſeruit tit. de Offic. Miſſ. cum in hæc verba locutus eſt : *ita tamen agendum eſt, vt à primo ſcrutinio, quod incipit tertia hebdomada in Quadrageſima, vſque in ſabbatum ſanctum in vigilia Paſchæ ſeptem ſcrutinia eſſe debeant, ſecundum formam ſeptem donorum Spiritus ſancti, vt, dum ſeptenario numero implebuntur, detur illis gratia ſeptiformis Spiritus ſancti. Item annũciat presbyter, vt ipſo ſancto Sabbato hora tertia reuertantur ad Eccleſiam:* ſed & plures alij literis conſignarunt, præſertim verò Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de ſabb. S. Pach. vbi, allata Romanæ Eccleſiæ conſuetudine, ſic inquit: *neque hoc omittendum eſt, quod Romani infra Quadrageſimam ſex ſcrutia celebrant, & hodie ſeptimum.* Reſtat quintum, cuius veritas, & fidies quamuis non ita apertis teſtimonijs nitatur, tamen coniecturis, ac rationibus facile conuinci poteſt. primò quia Patres, qui de Diuin. Offic. ſcripſerunt, & cæremonias, ſiue ritus, qui ſingulis diebus ſeruantur, diligenter, & accuratè tractauerunt, ſcrutinij quarti, quinti & ſexti, ſicut cæterorum, nuſpiam meminere. deinde quia Ordo Romanus, qui totã hanc rẽ cumulatiſſimè perſequutus eſt, vbi primo, ſecundo, tertio, ac ſeptimo ſua tempora aſſignantur, presbytero liberã poteſtatem facit, de alijs tribus, quẽ malit, diẽ indicendi. ſcribit enim: *iterum annũciat presbyter, qualẽ diem voluerit in ſequẽti hebdomada qua reuertantur ad ſcrutinia. Et vt celebraturi venerint,*

ipſum ſcrutinium faciunt per ordinem, ſicut illa duo priora ante aurium apertionem fecerunt. poſtea annunciat presbyter, vt ipſa hebdomada, qua die, vel ad quam Eccleſiam voluerit, reuertantur ad ſcrutinium quintum, & vt venerint, faciunt ipſum ſcrutinium per omnem ordinem, ſicut anterius fecerunt. Hoc expleto, iterum annunciat eis, ſicut ſuperius, vt reuertantur ad ſcrutinium ſextum in ſequenti hebdomada vltima ante Paſcha, qua die, vel apud quamcunque Eccleſiam voluerit; & complent ipſum ſcrutinium, vel miſſam per omnia: ſicut anterius fecerunt. Si quis igitur allata teſtimonia conſideret, in diebus quadraginta, pœnitentiæ dicatis, omnia ſcrutinia celebrata eſſe, fatebitur. quod cum alibi hodie, tum præcipue Mediolani nobili veſtigio expreſſum eſt; cum in certo diuinarum precum, & ſacræ liturgiæ codice, qui ad ea tempora pertinet, non rara eius conſuetudinis mentio fiat; atque ſabbatum hebdomadæ quartæ, *ad ſitientes*, inſcribatur: propterea quod qui diuini baptiſmatis fontem ſitiebant, ad ſcrutinia inuitabantur: quemadmodum ex initio miſſæ *ſitientes venite ad aquas* intelligi poteſt. Neque vero tamen ita ſcrutinia quadrageſimæ tempore celebrata eſſe, credere oportet, vt exiſtimemus, de iis, qui in Pentecoſte baptizabantur, accipi debere. probabile enim eſt, ſingulis baptiſmi temporibus ſua ſcrutinia ſeparatim ſtatuta fuiſſe: vt præfinito tempore baptizandorum vita, & mores inquiri poſſent. Quare, quod ſolúmodo ſcrutinia, quæ in quadrageſima fiebant, monumentis tradita reperiuntur, ex ea conſuetudine profectú eſt, quod

Scrutiniorũ veſtigiũ in Eccleſia Ambroſiana.

Sabbatum ad ſitientes cur ita vocetur.

Scrutinii pro baptiſmo Pentecoſtes non celebrantur in Quadrag.

Cur ſcrutiniorum pro baptiſmo Pentecoſtes nulla mentio fiat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plures in Paſchate, quam Pentecoſte cœleſti lauacro tingebantur: vt celebrioris baptiſmatis vſus totam ſcrutiniorum rationem ſibi vindicarit. Sed hæ coniecturæ ſunt, quæ diſputationibus huc, & illuc trahuntur, nullam adhibent perſuadendi neceſsitatem. continebo igitur me, ne in incognito aſſentiar.

Scrutinia nocte, an interdiu fierent: ea publice in Eccleſia facta fuiſſe: & futurum in præcedenti indicari ſolitum.

CAP. XXIV.

Videamus id, quod ſequitur: ſcrutinia ne nocte, an interdiu fierent. hoc mihi ex temporis tractatione ſupereſt, de quo nihil rati afferre poſſum, æquante temporis mutationem ipſorum rituum varietate. certe S. Auguſtini temporibus, cum aurei mores & Chriſtiana ſimplicitas vigeret, de multa nocte, atque in ipſis fidelium excubiis celebrari, mos erat: ſicut indicant illa eiuſdem verba lib. 2. de ſymb. ad catechum. cap. 1. *quid eſt dilectiſſimi, quod à vobis celebratum eſt? quid eſt, quod hac nocte circa vos actum eſt? quod præteritis noctibus actum non eſt, vt ex locis ſecretis ſinguli produceremini in conſpectum totius Eccleſiæ, vbi ceruice humiliata, quæ male fuerat antea exaltata, in humilitate pedum cilicio ſubſtrato, in vobis celebraretur examen,* &c. Sed ſubſequenti tempore mortalium licentia, moreſque perditi noctis tempus in tertiam diei

Scrutinia nocte celebrata.

Scrutinia quando, curuè hora diei tertia celebrari incœperint.